

P V I S

1 6 1 8





LI. Nuptur M. Joannis Aldendorpi. LXXXIII.  
 LII. C. de Bari Flemingii. LXXXIV.  
 LIII. Augustini Reinhardi. LXXXV.  
 LIV. D. Wolfgangi Amingeri. LXXXVI.  
 LV. Eiusdem. LXXXVII.  
 LVI. Eiusdem. LXXXVIII.  
 LVII. Eiusdem. LXXXIX.  
 LVIII. Isaaci Sigleri. XC.  
 LIX. Luca ab Enden. XCI.  
 LX. Christophori Pincarii. XCII.  
 LXI. Valerii Rustigeri. XCIII.  
 LXII. Hieronymi Lamperti. XCIV.  
 LXIII. D. Martini Cöppen. XCV.  
 LXIV. Bartholomaei Ströckeri. XCVI.  
 LXV. Petri Meier. XCVII.  
 LXVI. Joannis Alberti. XCVIII.  
 LXVII. Martini Falci. XCIX.  
 LXVIII. Abrahami Vitzthabii. C.  
 LXIX. Pauli Bergmanni. CI.  
 LXX. Jacobi Werenbergii. CII.  
 LXXI. Eiusdem. CIII.  
 LXXII. Bartholomaei Montayen. CIV.  
 LXXIII. Joachimi Riemii. CV.  
 LXXIV. Christophori Herderiani. CVI.  
 LXXV. M. Theodori Fabricii. CVII.  
 LXXVI. Valentini Heiser. CVIII.  
 LXXVII. Henningi Grossii. CIX.  
 LXXVIII. Jeremia Uden. CX.  
 LXXIX. Joannis Sessorii. CXI.  
 LXXX. Joannis Ummendorpi. CXII.  
 LXXXI. M. Joannis Cöppeni.  
 LXXXII. Andrea Groltschri.

Danielis Wastorpi.  
 Bathasaris Tscholoni.  
 Theodori Fabricii.  
 D. Joannis Sagittarii.  
 Friderici Hamelii.  
 Christophori Heidman.  
 Eiusdem.  
 Matthaei Wölffii.  
 Davidis Sierri.  
 Petri Meier.  
 Gotthardi Schaueri.  
 Andrea Bossi.  
 D. Georgii Herderiani.  
 Eiusdem.  
 M. Joannis Ströckeri.  
 D. Herdegün.  
 Godefridi Kocnicer.  
 Bathasaris Ivan Kitzel.  
 Jacobi Troja.  
 D. Joannis Crancii.  
 In Obitum Lamperti Vitzthabii.  
 Memmii Casauboni, Fieseri.  
 Filii Zachariae Pöhl.  
 M. Zachariae Pöhl.  
 P. Andrea Raucher.  
 Adolpho Aminger.  
 Bernhede Pincarii, Anhalt.  
 P. Humii.  
 Conrardi D. Sagittarii.  
 Valentini Herbergii, Groltschri.

EX LIBRIS  
ILLVSTRISSIMI VIRI,  
DN. DAN. LVDOLPHI,  
LIB. BAR. de DANCKELMANN,  
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII  
STATVS INTIMI, cetera,  
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ  
TESTAMENTO RELICTIS.

LXXII  
72  
NOVIS SPONSIS,

HUMANISSIMO JUVENI,  
Dn. BARTOLOMÆO

*Montagen Filio, L. L. Studioſo,*

NEC NON  
INGENUÆ VIRGINI,

GERTRUDI,

Integerrimi viri, FELICIS

*Zernigals / Cirvis olim Kemberg. primarij,*

FILIAE,

*Gratulantur*

*Fautores & Amici.*

A N N O

DOMINI IESV CHRISTI.

MDCX

WITTEBERGÆ,

*Ex officina typographica Martini Henckelij.*

20.

1271

HUMANISSIMO NINE  
 Du BARTOLOMEO  
 Romanen Edo. L. S. S. S.  
 X. C. C. C.  
 INCENNA VIRGINI  
 GERTRUDI  
 Ingentissima F. S. S.  
 Genialy Genialy Genialy  
 F. S. S.  
 Genialy  
 F. S. S.  
 Domini Iesu Christi  
 Genialy  
 F. S. S.  
 Genialy

127





*Pro Litteratissimo Viro - juvene,*

**Dn. BARTHOLOMÆO MONTAGIO** juniore, pronepote è filia

Viri Reverendi & præclarissimi Dn. M. BARTHOLOMÆI BERNHARDI, olim præpositi Kembergensis, qui post reformationem à Divo Luthero inchoatam, omnium primus ex ordine sacerdotali uxorem duxit, nunc Sponso, ut & pro omnibus honestissimæ istius Bernhardicæ familiæ posteris paucula hæc precatur:

**B**ARTHOLOMÆE tui Bernhardi  
è stemmate germen  
MONTAGIVS juvenis sacra  
marita parat.

*Tu super hoc germen pie deplue Christe perennes  
Ac exoptatas fertilitatis opes.*

*Bernhardi numerare novos è stemmate fructus  
Fac Kemberga queat, dum polus iste manet.*

**VVolfgangus Franzius**

Theol. D.

A 2

A D





A D

FILIUM SPONSUM

EST sua conjugio fortuna. En / accipe Fili,  
Quod voveo: *Illam ipsam temperet usq. D E R S.*  
*Barthol. Montag / Sen.*

Anagrammatismus Nuptialis.

BARTOLOMEUS MONTAGIUS, |

*Rogo bonam salutem tuam.*

**C**Armina, quæ decorent, mi *Bartolomæe* requiris,  
A me, conjugij gaudia festa tui.  
Parietibus dudum quem suspendisse sciebas  
Fundentem Phœbi suavia dona, lyram.  
Sed quia non possum tibi pro pietate negare,  
Et pro candoris dexteritate tui.  
Quod peris: idcirco facilis tibi fundit & optat  
Musa, quod ad frugem sit faciatq; tuam.  
Voti hæc summa manet: quia primis mater ab annis  
Formabat mentem sic poliendo tuam:  
Sedulus ut Christi fieres sectator, & æqui,  
Cuiq; suum iusta quod ratione refert:  
Sis maneatq; precor veræ pietatis alumnus,  
Juris & assertor sis maneatq; precor.  
Sis *Dominus* sociæ, quæ costam supplet hiantem,  
Et pater ex natis, & bonus & conomus.

Sis



Sis patri baculus, sis fratri frater amicus,  
Dum tibi præsentis temporis hora fluit.  
Hoc sua quò capiat quam primùm pondera votum,  
Cum *PATRE SALVATOR* faxit, & *AVRA DEI*.  
Ercostichon Nuptialis solemnitatis, ex dicto Christi  
Matth. 22. v. 21.

Date Cæsari, quæ sunt Cæsaris, & DEI quæ  
sunt DEO.

Fert æqVos CensVs Mens generosa Deo.

A

*M. Michaële Grubero, Ecclesia Kembergen-  
sistis Pastore, Præposito, & Super-  
intendente.*

Super Nuptiis

**BARTOLOMÆI Montags /**

Die Martis Kembergæ celebrandis.

**Q**UÆM LUNÆ Germana DIES celebravit avito  
Nomine, GERTRUDIN Bartolomæus amat.  
Iuncti Animis: MARTISQUE die quoque Corpora jungent,  
Quæ LUNAM & MARTEM conditione putes.  
Dic, Kemberga, tui lupuletum Saxonis (etsi  
Concedit lupulo nil Viteberga tuo.)  
Dic, Hymen, inquam; dic ô Hymenæe: jubeque  
MARTEM hodie mactum viribus esse suis:  
Martem hodie; LUNAM-Lucinam mense noveno.  
Sic PAR hoc pulchris nupserit auspiciis.  
Ipse etiam fueram pars pompa aliquanta: sed ad s.e  
Me citò venatum pergere SAXO jubet.

A 3

Ne

*Ne tamen hinc immunis eam, quale inter eundem  
Festinare licet, carmen habere meum.  
Concepi in SILVA, scripti DIEBÆ hospes. Et hinc se  
Missurum pepigit CONSULIS aqua fides.  
DIEBÆ intermedius Viteberge & Lipsidos umbo est.  
KEMBERGÆ Sponsi Sponsa sit umbo sui.*

Ita voco Diebæ

*Frid. Taubmanus, Poëta & Profes.*

**E**Xhilarare solent æstatis tempora læta  
Mœstos, & luctum tristibus illa levant:  
Si spectant viridi vestitos gramine campos,  
Quod fessos recreat, pascit & omne pecus.  
Si spectant variis decorari floribus hortos  
Quos ubi decerpis, plenus odore manes:  
Si spectant molli campos flavescere arista,  
Deniq; si ramis pendula poma vident.  
Sic tibi, Sponse, potest summum rescindere luctum,  
Quem tulit ex Matris, mens tua, morte diu.  
Si memor es *DOMINVM* Nostrum te virgine Sponsa  
Ditasse, ut semper commoda magna ferat.  
Quaq; juvet dulcis te conjunx ipsa maritum,  
Ut possis quævis tristitia ferre mala.  
Ergò triumphemus læti pro munere tanto,  
Laudemusq; *DEVM*, quod favet ille tibi.  
Omnia succedant, ego posthac expeto semper,  
Et nil adversi te gravet oro *DEVM*.

Addat

Addat sic prolem, vobis alimenta ministret  
Corporis, ac animas seruet alaq; probe.  
Et proprio flatu regat idem teq; tuosq;  
Ut Satanæ vis non ulla nocere queat:  
Deniq; obire diem læti Cælumq; tenere  
Amplum possitis, Fac *DEVS* alme, rogo.

*Caspar. Wagner M.*

---

*S*ubfiscam mihi dixerunt, ego nescio, sponsam  
Montagij, & mediam corporis à modulo.  
Cur ita? cur ea consilium sententia clausit?  
Cur placet in vero mixtus amore color?  
Fortè, quòd Extremis vitium non desit, & actu  
Omnis in excessu, vel bona, causa labet.  
Fortè, quòd in medio virtus consistat, & illa  
Perpetuum veri semen amoris alat.  
Laudo: torumq; favens faustum precor: ultima Sponso  
Cura sit, ut verè jam medium teneat.

*Fr. Lheman.*

---

*V*os novisse decet geminus quod pectora amanti  
Urat vel verus, vel simulatus Amor;  
Verus Amor finem nescit, nec pectore amatam  
Cedere de memori rem vel abire finit:

A 4

At

At simulatus amor subito evanescit in auras,  
Vincit & arboreas mobilitate comas;  
Ille ambos societ, vero caleatis Amore,  
Qui duret, dum Vos Dij superesse velint.  
Hoc ego do votum jam non dare plura paratus,  
Exulat infelix nam mea Musa domo.

*M. Christian. V. Verbigius Theban.*

Τετράστιχον

IN HONOREM  
SPONSI & SPONSÆ.

**I**nsidiis structura dolos, sua retia Cypris  
Tenderat; hucq; omnem nequitiam abdiderat:  
His SPONSVM ut vidit captum, subrisit; &  
An prada huic Sponsæ dignior esse queat? (insit;

Scriptum

Amoris & benevolentiae causâ

a

Wolffgango Tschâtéro Pofon,  
Pannon.

**V**irtutis postquam vicit patientia callem;  
Ecce venit sacris læta dies thalamis:  
Bicorni postquam cultæ ex Helicone Sorores,  
Ducitur in thalamum, sponsa novella Soror.

Sic

Sic ornare suos Phœbus consuevit amicos;  
Sic novit virtus alma beare suos.  
Maeste animo, Neonymphe, inter pia vota secundis  
Ingredere auspiciis, Numine dante, torum:  
Et, quæ sæpe tibi venit exoptata, *Sororem*,  
Quæ venit in sanctum sponsa pudica torum,  
Excipe, & amplexu dulci dignare; vicissim  
Hæc jucunda dabit, in tua colla manus.  
Vita tibi iuctunda, simul foecundaq; vitis  
Hæc erit; (Ô verbis vim, *DEVS*, adde meis.)  
Vivite uterq; *DEO*, vestri fax crescat amoris:  
Et date foecundo pignora pulcra toro.  
Vivite uterq; diu: in vos celitus influat ignis,  
Vobisq; aspiret desuper aura *DEI*.  
Hæc certò eveniant, precor, & vos pectora juncta  
Non nisi qui junxit; separet ipse *DEVS*.

*Amoris & honoris ergò candidissimo Dn. SPONSO  
ex animo faciebat*

*Benedictus Agricola, Noribergens.*

---

**E C H O.**

**D**IC mihi Nympha caris latitans in Vallibus *ECCHO*  
Certus ero mihi si vera loqueris? eris.  
Eja age vera refer; quæ tandem præmia calebs  
Accipiet vivens ad mala pronus? onus.  
Nunquid erit felix quisquis castos hymenæos  
Et concessa thori gaudia querit? erit.  
Sed mihi quid dicis, Charitum jungetur alumno  
*MONTAGIO Sponso Candida Nais? ais.*

*M S*

*CM*

Cur citius solito contendit ad aequora Phoebus,  
Num grave quid, recinas, est in amore, *nota.*  
Optat fortè sibi genialia tempora noctis,  
Quod præcinctus Hymen nunc ita clamat, *amat.*  
Perdere dic nobis primævo flore juvenem  
Quid solet illicitum præter amare? *mare.*  
At jam plura refer: membris qua Gratia Sponsa  
Estne decens facies & generosa? *rosa.*  
Sponsum Virgo decet juvenem, qua floreat annis:  
Ast quid cum senio est qui male sanus? *annus.*  
Dijungat junctos quidnam resonabilis ECCHO  
Dicere ne nobis, quaeso, graveris? *æris.*  
Quid stabilit thalamos intentâ reddito voce,  
Est resonans gratus nam tibi clamor. *amor.*  
Conjugibus, pergas, qui exercent jurgia, lites,  
Estne luenda olim pœna severa? *fera.*  
Unanimes illis latâ qui pace fruuntur,  
Gaudia sunt cœli nonne parata? *rata.*  
Desine Nympha; potens resonare novissima verba:  
Sponso num fuerit Sponsa levamen. *Amen.*  
Deniq; dic unum: sisne amula vocis alius,  
Edis an ipse sonos ore tuo? ore tuo.  
Ergo VALE, alterna qua ludis imagine vocis,  
Inq; diu resona vivito valle. *Vale.*

Lubens adposuit

Iohannes Brakermann Dantiscano  
Borussus.

**L**ætus eas meritò. Quid enim? Tibi consona vota  
Sunt olim *Matri*, consona vota *Patris*.  
Evax! convivis sit votum hoc omnibus unum:  
Quod benè suscepti; fac benè, serq; bene!

Omine

Omne felici florenteis vivat in annos  
Hic, illic vigeat PAR Neonymphus ovans!

*Gottfrid Reuter Betterfeldâ - Saxo.*

---

**C**ASTA DEUS mens est, casto quoq; gaudet amore,  
Legitimiq; probat gaudia casta thori.  
Pauperis illa docent siquidem sponsalia Cane,  
Munere, CHRISTE, probas quæ Paranymphe tuo.  
Hancq; tibi grator tædas jam, Sponse, jugales,  
Capta beetq;, precor, CHRISTUS ubiq; tua.

Johann. Reuter, Betterfeld.

---

**I**D nempe venit temporis,  
Cum nuptialem tu dabis  
Coenam, remotis longius  
Doloribus, quos anxius,  
Dilecte frater, ceperas  
Ex morte matris maximos.  
Lator, tibiq; seridè  
Hoc comprecator Sponso - novo:  
BENE ergò sit connubium,  
Sanctissimum jus gentium.

*Christoph. Montag / Sponsi Fr.*

F I N I S.



Ourre ...  
111. ...

C ...

...


I ...  
Dolone ...  
Duch ...  
Er ...  
I ...  
I ...  
Ber ...  
G ...

...



78. 97.





*Id 4212. 8°*

ULB Halle

3

002 391 589




*SB*

*MC*

*WOM*







LXXXI

NOVIS SPONSIS,

HUMANISSIMO JUVENI,  
Dn. BARTOLOMÆO  
*Montagen Filio, L.L. Studioso,*  
NEC NON  
INGENUÆ VIRGINI,  
GERTRUDI,  
Integerrimi viri, FELICIS  
*Zernigals/Crois olim Kemberg. primarij,*  
FILIE,  
*Gratulantur*  
*Fautores & Amici.*  
ANNO  
DOMINI IESV CHRISTI.

WITTEBERGÆ,  
*Ex officina typographica Martini Henckelij.*

72

MDCX

70.

